

In iusticia
marias. &
non acceptio
personarum.

Lyran.

Dan 7.

D. Hieron.

430.

Victorin.

Conversio
peccatoris
Christoma-
gna corona.

431.

Luc. 5.

Reductio
peccatoris
imperiale
insigne Christi
Nictetas.

Isai. 9.

Tertull.

432.

Num. 20.
Hebr.

immaculata vita Tert d iudex ad instar lanae
alba, ac n v s candidus deser. b tur, ut signifi-
cetur integritas, ac sinceritas; quam Christus in
iudica do observabit; in illo en m divino ju-
dicio nulla est acceptio personarum, nullaque
diffinulatio, nil impunitum, nil irremunera-
tum manebit, Quarto, Lyran. Apparbat, ait,
Angelus in specie sacerdotis, quia vestitus pode-
re; & etiam iudicis, in hoc, quod gladius ex utra-
que parte acutus procedebat de ore ejus: matri-
tas autem aratus, & morum, quia canisem designat
& decet iudices. & Sacerdotes. Maxime en m
necessaria est iudicibus rerum cognitio, ac ma-
tutitas in te agenda. Sic dicitur daniel 7. n. 9.
Antiquus dierum sedet, & capilli capitis ejus
quasi lana munda. Et statim n. 10. iudicium sedet.
D. Hieron. ibi: Senex describitur; ut maturitas
comprobetur sententia. Et nota, quod prius de-
scribitur senex, & postea iudex, ac si ipia senec-
tus precedat ad iudicium.

Nond. Victor. Pictaviensis Ep scopus, ait:
Majestatis organum capite candor ostenditur. Ca-
put autem Christi Deus est; & in capillis albis,
albasorum est similitudo, lana similis propter ovis.
In capite ubi est majestatis origo, ibi candidus
apparet, tanquam lana alba; & cur ejus candor
potius comparatur lanæ, quam bysso, seu le-
rico indumento? Assignatur ratio: Lana simi-
lis propter oves. Nonne vides, quod ipse oves
aberrantes sur s humeris sustulit, & portavit ad
gregem: Luc. 1. & n. 5. Inde talibus coronatur ca-
put Christi, nulla enim corona Christo pre-
tiosior, ac estimabilior, quam peccatores con-
vertere, ac reducere ad salutis gregem.

Iterum prædictæ parabolæ adhaere; Bonus
Pastor valde sollicitus per montium cacumina,
ac depressa campestria quærebat aberrantem
ovem; invenit eam, non baculo tucit ad gre-
gem, non sinu, vel manibus portat; sed eam im-
ponit in humeros suos gaudens, & sic reportat ad
gregem. Luc. 13, n. 5. Iste novus Rex Christus
Jesús signum imperiale regni sui non consti-
tuit in manu vel brachio, sed in humero, ut ait
Isaias: Factus est principatus super humerum
ejus. Inde ibi reportat errantem ovem redu-
ctam; tanquam si hoc sit magnum signum, ac
character suæ Regæ potestatis Nictetas in ora-
tione 42. Naz anz. Inveniam, ait, balantem
nostram naturam minime neglexit sed præsignis
honore complexus est. Quemadmodum Isaias de
ipso vaticinatus fuerat, dicens: Cujus principa-
tus super humerum ejus, cap. 9. n. 6. Descant dis-
cant Reges sublimitatem regni sui ostendere,
non radi s coronæ, quibus super altos fulgent
nec sceptro, quo eos regunt, ac gubernant,
sed humeris, quibus miseros, ac lassos por-
tant ad requiem Hinc a Tertull. lib. 3. ad vers.
Marc. c. 9. Novus Rex, novorum Avorum
Christi Jesús, nova gloriæ, & potestatem, &
sublimitatem suam humero extulit.

Cum populus maxima aquarum penuria la-
boraret in Cades, ex Dei mandato percussit
Moyses silcem, quæ se in magnos aquarum
latices totam diffudit, tunc subdit Textus, quod
Dominus sanctificatus est in eis. Num. 20. n. 13.
Multi ex Hebræo legunt: Glorificatus est in eis.
Cur modò dicitur, quod dominus glorificatus
est? Magna prodigia per tot signa, & mirabilia
exercuit in itinere dum dat populo cœlestem
panem; tamen modò insigniter dicitur, quod

Dominus glorificatus est in eis. Cum lapis obdu-
ratus se se diffundit in aquarum copiam repræ-
sentabatur ibi peccatoris conversio, ut notant
Macharius de recipiendis, Petrus Cellens. de
Panibus, & alii, quando cor suum obduratum
liquefit in fluentia aquarum penitentia; & cum
ibi esset quædam representatio conversionis,
ac reductionis peccatoris ad Deum, inde ipse
peculiariter, ac insigniter dicitur glorificatus;
ipsa peccatoris mutatio ad penitentiam, ma-
gna Dei est glorificatio, ac sublimatio: hæc
enim mutatione maxime ejus majestas innotes-
cit. Huc advoca, quod alibi dixit Chrysológus
scilicet, 157. Ubi aqua muravit naturam, mox pate-
fecit anthorem, & elementorum creator mutatione
revelatus est creator. Expende illud, revelatus
mutatione creatura.

QUESTIO LIV.

Quare capilli Christi dicuntur candidi,
non solum tanquam lana alba,
sed etiam sicut nix?

Dixit Joannes, Christi capillos esse candi-
dos, tanquam lanam albam; deinde ad-
didit, sicut nivem, cum satis esset unum, vel
alterum exprimere ad significandam candorem
capitis.

Communis & genuina solutio est quod sæpè
sacer Textus eandem rem multis similitudini-
bus explicat, ad majorem rei expressionem.
Proverb. 6. n. 5. Ervare quasi domula de manu,
& quasi avis de manu aucupis. Sapient. 5. n. 9.
Transferunt illa omnia, tanquam umbras, & tan-
quam nuncios præcurrentes. Noster Evangelista
præter lanam, addidit, sicut nivem majoris gra-
tia amplificationis; ac si diceret, perfectissima
canities erat in capite ejus.

Secundò De Eterno genitore agens Dan. 7.
n. 9. ait: Antiquus dierum sedet; vestimentum
ejus candidum, sicut nix; & capilli capitis ejus,
sicut lana munda. At de Christo D. hic ait Joan-
nes: Capilli capitis ejus candidi, ut lana alba,
& sicut nix. Ad majorem expressionem duplex
apponit exemplum, lanam albam quod idem
est, ac mundam, & nivem. Contra celsitudi-
nem Eterni Parentis pauci heretici locuti
sunt: multi verò impie oblatrarent contra
Christi sublimitatem; & idè ejus mundities,
puritas, ac sanctitas multiplici comparatione
fuit explicanda; ubi controversia, ibi res magis
declaranda, ac dilucidanda est, ut insipientium
ora comprimantur.

Tertio, Joachimus Abbas: Quia Deus, ait,
omnipotens, naturaliter justus est; homo acciden-
tialiter, dicens, capillos Domini esse candidos, natu-
ralem albedinem in exemplum accepit, ut natu-
raliter Deus justus esse credatur, non accidentali-
ter sicut homo. De Christo D. loquitur venera-
bilis Abbas, ut pater ex ejus contextu, ad cujus
candorem capillorum declarandum, per quem
significatur ejus puritas, innocentia, ac sancti-
tas adducit Evangelista in exemplum lanam
albam, & nivem; lana accidentaliter alba nix
verò naturaliter, ac essentialiter alba ne quis
impie cogitaret, quod Christus D. solum erat
accidentaliter sanctus per gratiam habitualè,
ut

Machar.
Ictu. cyll.

D. Chry.

431.

434.

Proverb. 6.
Sap. 5.
Amplificatio
nis gratia.

435.

Dan. 7.

Ubi contro-
versia, ibi
magis res ex-
plicanda.

436.

Joachim.

Christus natu-
raliter, ac
substantiali-
ter sanctus.

437.
Galf.

Puritas, ac
sanctitas
Christi prodit
ex Virginea
carne Maria
ad unita Di-
vinitati,

438.

Christus tan-
quam nix,
dum desinit
suos la ar,
& mundat.

Joan. 13.

Psal. 21.

439.

Richard.

Homo, &
Angelus a suo
capite Christo
accipit ju-
sticiam, &
gratiam.

ut sunt ceteri justis idè præter lanam albam,
ejus candorem assimilatur nivi quia, se per gra-
tiam unionis hypostaticæ est naturaliter ac
essentially candidus & sanctus gratiæ sub-
stantiali, cum ejus humanitas substantialiter
unita sit Divinitati.

Quartò, Galfridus Abbas, Concion. 34. &
satis ingeniosè: O caput candidum, ait, purissi-
mum Salvatoris ex intemerata Virgine conce-
ptum: o capillos aque candentes, sine ullo culpa
corragi, dignatissimas ejus necessitates, hæc no-
bis lanam albam, ovis alba candida Virginitas
protulit, imò etiam hanc nobis cœlestis regio ni-
vem misit: propterea squidem candor iste lanæ
comparatus, & nivi, quod ineffabili quodam Sa-
cramento conveniunt, materia carnis, & forma
cœlestis: solus enim, qui in carne humana, sed
non lege venit humana, ut videlicet, pudicitia,
& cœlestis gloria sociavit. Caput candidum
Christi duplici candori assimilatur scilicet lanæ
albæ ac nivis, lanam dat ovis, nivem verò mittit
cœlestis regio. & idè ut ique candori caput
Christi comparatur, quia illud ineffabile, ac
sanctissimum compositum Christi, nobis pro-
tulit ovis alba candida Virginitas Mariæ, sicut
ullo contagio culpa dilapso rore, ac nix e Divi-
nitate e regione cœlesti, & ita quodam Sacra-
mentaliter fœdere conveniunt materia carnis, &
forma cœlestis. Materia carnis ex candida ove, ac
purissima Virginitate Mariæ; forma cœlestis ex
rore, ac nive divinitatis; & idè pudicitia carnis
Mariæ associata est cum Divinitate. Utrumque
candorem singulariter in se ipso, carnalis videli-
cet pudicitia, & cœlestis gloria sociavit. Et idè
candor capitis Christi, non solum lanæ albæ,
nec solum nivi comparatur, sed utriusque, ex utro-
que enim tanta integritas, ac puritas prodit.

Quintò, Candor capillorum capitis Christi,
non solum cum lana alba, sed etiam cum nive
comparatur: Facies ejus, sicut Sol lucet in virtute
sua hoc est, meridiano tempore infra n. 16.
Intellige, & agnosce mysterium; ad intuitum
solis ardentis nix liquefit, ut defluat, & euncta,
per quæ transir abluat, & munder: cum oculi
Christi homines videntes, inflammari essent
illorum amore, tunc ejus capilli, hoc est, ejus
cogitationes, ut dixi superiori q. num. 423 tan-
quam nix liquefacti sunt, ut abluerent, & muni-
darent homines: Cum dilexisset suos, capite lava-
re pedes Discipulorum suorum. Joa. 13. n. 5. Sicut
aqua effusus sum factum est cor meum, tanquam
cera liquefens in medio ventris mei. Pl. 21. n. 5.
Cern inflammatum est cor ejus hominum a-
more, tunc ipse tanquam aqua effusus est, ut
suos lavaret, munderet, purificaret. Vide quæ
dixi tom. 5. in Evang. lib. 7. cap. 5. q. 29.

Sextò, Richardus Victorinus: Capilli rectè
dicuntur habere colorem capitis, quia spiritalis
creatura, sive Angelica, sive humana, per divinam
gratiam candorem habet immortalitatis; non so-
lum natura Angelica, verum etiam humana Divi-
nitati conjuncta, immortalitatis; pulchritudine
candeat, in sequentibus paucis manifestat; ait
enim, tanquam lana alba, & tanquam nix: quid
enim accipimus per lanam, innocentiam, ac sancti-
tatem; nisi humanam naturam? Et quid
per nivem, quæ de supernis est, rectius intelligimus,
quam naturam Angelicam? quia ergo utraque
natura dono immortalitatis apud conditorem de-
bet in hoc sæculo præcedere resurre-

coratur, aptè capilli capitis hujus tanquam lana
alba, & tanquam nix, candidi perhibentur. Ca-
put Christi significat divinitatem capilli verò
creaturam intellectualem, sive humanam, sive
Angelicam; & sicut capilli à capite habent origi-
nem, accipiunt ab eo suam vegetationem; sic
hujusmodi creaturæ à Deo habent suam
substantiam, totamque vegetationem, ac vigo-
rem gratiæ per internam susceptionem; & sicut
capilli in hærent capiti, sic homo & Angelus
in hærent divinitati, à qua habent omnem can-
dorem justitiæ, sanctitatis, ac immortalitatis.
Ta is autem capillorum candor comparatur
cum lana alba & nivem, per lanam albam, quæ
de terrenis animalibus oritur, natura humana;
per nivem autem, quæ de supernis est Angeli-
ca significatur Adverte tamen quod talis can-
dor sanctitatis, ac immortalitatis est in capite
per naturam; in capillis verò per gratiam à
suo capite derivatam.

Septimò, Albertus Magnus: Capilli ejus, id
est, Sancti, tanquam lana alba; capilli molles;
quoniam sunt albi per innocentiam candorem; mol-
les per mansuetudinem; calidi per charitatem;
& tanquam nix, id est, frigidi per castitatem. Justi validè
Dei amore,
ad frigidè verò
saculo.

Octavò, Ambrosius Ansbertus: Quia, ait,
utrumque caput in se ostendit, innocentiam scilicet
et resurrectionem, quorum unum nunc in præ-
senti tempore imitandum fidelibus exhibuit; aliud
verò in futurum expectandum per docuit; idcirco
non solum capilli, sed & ipsum caput lana alba;
nempe primo, deinde candori nivis simile perhibe-
retur. candor capitis, ac capillorum Christi
comparatur primò cum lana alba, deinde se-
cundo loco cum nive: si enim dixisset, candidi
sicut nix, & lana alba rectè videretur explicasse
candorem capillorum: Magno sanè mysterio
factum est, ut prius contulerit cum lana alba,
deinde cum nive. Lana alba denotat innocen-
tiam, ac puritatem vitæ. Isai. 1. n. 8. Si fuerint
peccata vestra rubra, quasi vermiculus, velut la-
na alba erunt. Et ad hoc exprimentum, dicun-
tur Sancti oves, vel agni: Ecce ego mitto vos,
sicut oves in medio luporum. Matth. 19. n. 16. vel
sicut agnos in medio luporum. Luc. 10. n. 3. Nix
autem splendorem resurrectionis designat.
Hinc Christus dominus in morte Sancto co-
ram tribus discipulis, novitatem post hanc vi-
tam mortalem, speciemque resurrectionis ostendens,
vestimenta sua in candorem nivis mutavit, Matth. 17. n. 3. & Angelus vestimenta
alba tanquam nivem figuratè exhibuit. Matth. 28. n. 3. Per capillos Christi, Sancti ac
justi intelliguntur, ut latè diximus quæst. supe-
riori. Ecce jam referatur est mysterium, cur ca-
pilli, seu justi, prius assimilantur candori lanæ
albæ, quam nivis, quia puritas, ac innocentia
vitæ debet in hoc sæculo præcedere resurre-
ctionem.

440.

Alb. Magn.

441.

Ansbert.

441.

Isai. 1.

Isai. 1.

Matth. 19.

Luc. 10.

Matth. 17.

Matth. 18.

Innocentia, &
puritas ad
gloriam resur-
rectionis præ-
cedit.

tionem animæ, & corporis, si vis resurgere cum Christo prius ejus innocentia imitanda, ac sequenda est: Ipsam caput lana alba, nempe primo, deinde candori nivis simile perhibetur.

442. 2. Petr. 1.

Ait Apostolus Petrus Epistol. 1. c. 1. n. 21. Qui per Jesum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis, & dedit gloriam, ut fides vestra, & spes esset in Deo. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis. Perpende connexionem textus, ad quid dicat nobis propositam Jesu a mortuis resurrectionem: ut scilicet spes nostrâ esset in Deo, animas castificantes, ac puras redentes; ac si castitas interna in primis subeat in mentem omnibus sperantibus, & spectantibus resurrectionem.

Solum ex puritate ac castitate spes ad resurrectionem.

Joan. 3.

potest esse resurrectionis spes. Quod spectat Joan. Apost. Epist. 1. cap. 3. n. 2. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbitur eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, castificat se, sicut & ille castus est.

D. August.

in eo, castificat se, sicut & ille castus est. Vide. in quibus est spes videndi Christum in resurrectione, sicuti est; ille nempe, qui in castitate vivit, ac Christi castitatem imitari intendit: Qui habet spem in eo, castificat se, sicut & ille castus est.

443. Matth. 26.

In ultima cœna ait Christus suis Discipulis Matthæi 26. n. 29. Non bibam de hoc genere vitis, donec bibam illud novum vobiscum in regno Patris mei. Sub metaphora vini novi, promittit Christus illud suavissimum nectar spirituale æternæ beatitudinis quod post resurrectionem illud in regno sui Patris gustabunt; quod frequenter per convivium explicatur. Ita prædicta verba interpretatur D. Aug. quæst. 43. in Evangelia: Quid enim, ait, aliud novum vinum, nisi immortalitatem renovandorum corporum intelligi debemus: quod cum dicit, vobiscum bibam: etiam si resurrectionem corporum ad induendam immortalitatem promittit. Et dum Dominus invitatur ad vinum, ad nectar novum spirituale immortalitatis post resurrectionem, donec bibam illud vobiscum novum in regno Patris mei: dat eis vinum, ac Calicem sanguinis sui quæ connectio est unius cum altero? Optima sanè: Calix sanguinis Christi habet vinum gemmans virgines, ut ait Zachariâs; & qui Virginitate, ac puritate nitent, hi solum ad resurrectionem immortalitatis in æternâ felicitate vocantur.

D. August.

D. Hier. lib. 1. ad Jov. ni. Hoc est vinum, ait, quod cum elia verit adolescentes, & puellas, statim virginitatem sicut, & in crapulam castitatis evectant: & expletur illud varicivium Zachariâ. Quid bonum ejus, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum gemmans virgines?

Virgines involvantur ad resurrectionem gloriæ.

D. Hieron.

Zachar. 9. Zachar. 9. n. 17.

QUESTIO LV.

Quare capilli capitis Christi appareant hic candidi sicut ab sponsa dicantur nigri sicut corvus?

444.

Valde mirabile videbitur, quod taliter se in præsentem exhibet, ut dicatur, caput ejus, & capilli candidi tanquam lana alba, & sicut nix; cum alterius coloris ab sponsa cele-

brentur: Coma capitis ejus, sicut elata palmarum, nigra quasi corvus. Cantic. 5. num. 11. Ad questionem.

Primò, Respondet D. Dionysius Areopag. 445. D. Dion.

cap. 10. de Divinis nominibus: In Sacris, ait, mysticarum visionum apparitionibus antiquis, novisque fingitur, quorum prior quidem veterem, & eum, qui est ab initio; junior autem eum, qui in senectutem compelli non potest, significat. Si Deus hic intelligitur, quomodo tam variis similitudinibus exprimitur: Deus in se unus, & indivisibilis est, tamen ratione affectum, ac operationum, variis objicitur: In Scriptura Deus a quando representatur senex totus candidus, & antiquus dierum, ut ejus æternitas significetur, aliquando juvenis capillis nigris, ætate florida, ut significetur, cum ejus æternitate junctam esse immarcescibilem ejus pulchritudinem, & vigorem, juxta illud Psalm. 101. n. 13. Psalm. 101.

Ipsi peribunt, tu autem in ætate nam permares Representatur senex, & antiquus dierum apud Daniel per personam judicis agebat, cui convenit canities, senectus venerabilis, ac autoritas, & reverenda majestas. In Canticis exprimit sponsi personam, & inde capillos habet nigros, virilem, ac florentem ætatem indicantes, ad familiæ negotia agenda, & sustinenda. Vide q. 53. num. 4. 9.

Secundò, Theodoretus. Ad citata Cant. verba: Nigra, quasi corvus; sic ait, ex capite ejus fluentes gratias, mea quidem sententia comas vocat, quoniam igitur, qui Christo crederent, variis ipsius muneribus fruente, pietatis fructum ferunt, merito coma ejus elatis comparantur: dicuntur autem nigra, ut per nigrum, & obscurem colorem abdita, & inaccessa Incarnationis ejus ratio declaratur. Per caput, ac capillos Christi, mysterium Incarnationis interpretantur Andreas Cæsariensis. Aretas, ut dixi q. 53. n. 22. Nam sicut capilli operiunt caput, sic humanitas occultabat Divinitatem. De hoc Incarnationis mysterio ait Paulus ad Colossens. 1. num. 26. Mysterium, quod absconditum fuit a sæculis, nunc autem manifestatum est Sanctis ejus. Dicuntur ergo capilli candidi, & nigri; candor denotat paritatem mysterii, quod licet ante tempus in æternitate decretum fuerit, tamen nobis in tempore est manifestatum, & cognitum. Nigredo autem indicat obscurissimum, ac valde nobis occultum esse hoc mysterium, quod explicari, ac comprehendere a creatura non potest.

Tertio, Rupert. ad citata verba sic ait: Sunt coma nigra, sicut corvus. quia tenebrosa aqua in nubibus aëris, id est, occulta scientia in Prophetis, atque legalibus scripturis: ita ut veraciter dicas, nigredo magna in comâ capitis dilecti. Quæst. 53. ex eodem Ruperto diximus per capillos capitis Christi designari Dei verba in Sacra Scriptura, capilli enim à capite procedunt, & multi sunt: multa sunt Dei verba, quæ de uno, & per unum Verbum, quod erat in principio, procedunt. Rectè dicuntur hujusmodi verba, seu capilli, candidi & nigri; & in hoc nulla est contrarietas: nam verba Sacra Paginæ mundissima, castissima, ac purissima sunt, tanquam lana alba, & nix: tamen ob sui profunditatem obscura, & opaca ad instar corvi: Occulta scientia in Prophetis, &c.

Quarto d. Greg. Magn. ad cit. locum Cant. 5. D. Greg. Coma,

447. Rupert.

448. D. Greg.

Coma, ait sicut elata palmarum sunt rami, qui dum semper ad alia virtutum se effert per Dei gratiam, quandoque ad victoriam se proacum: nigra autem sicut corvus existunt; quia quamvis virtutibus in Cœlum se erigant: semper tamen peccatores se esse agnoscunt. Capillis capitis designantur iusti, ut citata quæst. 3. diximus, & rectè dicuntur candidi, & nigri; quia quamvis iustus sit in se ipso maxime candidus in virtutis cacumine, eximia puritate, iustitia, ac sanctitate quæ per summam, ac splendidam albedinem quavis est candor nivis, denotantur, tamen nigredinis suorum peccatorum non obviscitur, sed adhuc nigrum multis imperfectionibus se reputat: Quia quamvis virtutibus in Cœlum se erigant: semper tamen peccatores se esse agnoscunt. Præclara virtus quæ humiliter se sentit, & in sanctitatis culmine nocentem se putat, ac peccatorem.

Magna virtus, in culmine virtutis se peccatorem reputare.

449. D. August. Psalm. 118.

Quinto d. August. Conc. 5. in illud Ps. 118. n. 9. In quo corrigi adolescentior vram suam, seu, ut legitur d. August. D. Ambros. Hilar. & alii: Junior vitam suam; sic ait citat. August. Dices hominem, ait, adolescentiorem hoc loco hominem sanctitatem novam, licet a vitæ decipium, licet enim quilibet, quantum ad ætatem pertinet, corporis annosa venustate decipitur, junior erit apud Deum percepta gratia novitate conversus.

Justus, est senex, quorundam dicitur.

Justus dicitur senex, & adolescens: senex ætate, ut expendit D. August. adolescens sua innovatione, ac conversione in Deum, vel dicitur senex, quia est veteranus in observatione mandatorum Dei; & juvenis; quia quotidie novis actibus, novoque virtutis fœtu innovatur; quo sensu juxta multos ait Joannes infra c. 21. n. 2. Visi sanctam civitatem Jerusalem novam. Ubi sermo est de Ecclesia militanti & quomodo dicitur nova, quæ perantiqua est; & incepta in Adamo: Nova dicitur, quia quotidie nova prole novoque fœtu innovatur. Aliter explicat d. Ambr. Conc. 2. citatum locum Psalmi; quod juvenis est juvenis ætate, canus autem prudentia, ætate ac maturitate; quod probat exemplo Jeremias, & Danielis.

D. Ambr.

450. Beda. Primas. D. Bern. Carth.

Sexò. Ut dixit citata q. 53 ex Beda, Primasio d. Bernard. Carthusiano, per capillos Christi intelliguntur Sancti, & iusti; sed quomodo dicuntur tam diversi coloris, candidi, & nigri. Ad idem sanè tendit, ut iustorum constantia; ac perseverantia exprimat; id proprium, ac peculiare est nigri coloris, ut nullam super se tincturam; sive alium colorem suscipiat, quo maxime constantis animi ingenium denotatur. Sic dicebat d. Ambr. Epistol. 8. Vetus dictum ad suscipere, unus esse, ut vita tua quandam picturam exprimat: eandem servans imaginem, quam accepit. Quod apprimè ad nigrum colorem pertinet, nullam in se tincturam imaginem suscipientem; quo eximia viri iusti constantia designatur, ad quod etiam spectat capillorum candor, de quo hic meminit Joannes; vita enim iusti semper unius coloris est; canities enim capitis, virtutem canam, ac vitam quasi immutabilem ac invariabilem adumbrat; nam etsi alius color, ut niger, vel rubeus, mutor in capite à natura, candidus verò nunquam ab ipsa mutor, sed semper retinetur. Hanc iustorum constantiam etiam alia metaphora explicat sponsa citato loco: Coma capitis ejus sicut elata palmarum, nigra, sicut corvus. Quæ sic explicat Cal-

Mira iustorum perseverantia, ac constantia. D. Ambr.

iodorus: Ibi, ait, elata palmarum sunt rami, qui proaviores, & exceliores, merdum aurei coloris crispantes, & semper ad excelsa tendentes, & nunquam virorem suum amittunt. Inde iusti comparantur cum elatis palmarum, quia nunquam virorem suum amittunt, sed ad anteriora indefinenter se se extendunt, & fixi. atque immoti indefesso cursu stant. Quo sensu ait Joannes epistol. 1. c. 3. n. 9. Qui natus est ex Deo, peccatum non facit; & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Quomodo dicitur, non potest peccare, cum hoc humanæ libertatis, ac fragilitati, quæ facile in utramque partem flexitur, repugnare videatur? d. Ambros. serm. 22. pl. 118. Tanta vis, ait, consummata emendationis est: ut in quandam pueritiam redeat spiritualis ætatis, quæ vias erroris ignoret; crimen si velit, non possit admitti, quia deservit usum posse peccandi. Tam firmiter ustus adhæret Deo, ac semitis iustitiæ; ac si vias peccati ignoret, usumque peccandi amiserit.

Cantic. 5. Q. 110.

Joan. 3.

D. Ambros.

451. Cassian.

Septimò. Simon Cassian. l. 1. c. 3; sic ait: Quod cum inter cetera conveniant, tamen inter albedinem, & nigredinem distare videtur: sed in mysterio congruit, eo quod albedo ad mundiciam, impunitatem, nigredo verò ad penitentiam, & misericordiam nostri incolatus pertinet. d. Christo D. sententiam interpretatur. Candidus, & niger dicitur ob varias rationes, ac consideraciones: Ipse speciosus forma præ filiis hominum, ob suam eximiam puritatem, iustitiam, ac sanctitatem, super omnem albedinem candidus est; tamen ob nostras miseras, dolores, ac pœnalitates assumptas denigratus est, ut non esset ei species, neque decore. Non distat ab hac sententia Guiliel. i. Cant. Speciosus præ filiis hominum, invenit niger sicut corvus, propter similitudinem carnis peccati: sicut ter est niger sicut corvus, quia inter peccatores reputatus est a dicentibus: sed dicitur, quia hic homo peccator est. Joan. 9. n. 24. Joan. 9.

Merito tamen interrogabis cur Christus secundum capillos dicatur niger sicut corvus: cum ipse de sua sponsa testetur Cant. 7. n. 5. Caput tuum, ut Carmelu: & coma capitis tui sicut purpura Regis in lectu canalibus? Si sponsa, & sponsa præ amore una est anima, unusque spiritus esse dicitur; Dilectus meus mihi, & ego illi; ac proinde ex hac ratione; nulla in eis differentia esse debet, cur in eis tam varius est color cum ea amantium si lex ut iisdem ambo coloribus qui indices affectu in censentur, urantur? Agnosce, & perpende magnum mysterium caput Christi candidum, ut hic dicitur: Caput ejus, & capilli eam candidi. Et etiâ ut habetur Cant. 5. n. 1. Caput ejus aurum optimu. At verò ipsa sponsa, seu na ura humana, quam sibi desponsavit, tota erat deformata, ac denigrata. Cant. 2. n. 5. Nolite me considerare, quod fusca sum. Septuaginta: Quod nigra sum. Ut ergo hanc naturam D. sibi associavit, ac desponsavit, sic se ad mensuram sponsæ composuit ut nigredinem nostræ similitudinis carnis peccati, sibi assumeret, ut superiori dixi, ut ipsa sponsa coma quæ erat obscura, & nigra, ex jam associato Regio Christi sanguine esset splendens ut regali purpura omni auro, ac lapide pretioso gratia, ac cœlestium donorum. Petr. Abb. Cell. lib. de Panibus c. 1. Finit sponsus, & sponsa una caro & unus spiritus: sponsus refundit in sponsam quidquid habet in se dulcedines, quidquid honoris, ac potestatis

451. Cassian.

Christus ob suam puritatem candidus ob nostros dolores denigratus.

Joan. 9.

452.

Cantic. 7.

Cantic. 5.

Cant. 1.

Septuag. Filii Dei exinanitur ad nostras infirmitates, ut nos ad hujus fastigium ascedamus. Petr. cyll.

potestatis